

Apostolicam allatum fuerit, cum Hetruria Dux  
Cosmus, Magni Ducis titulum ambiret, P. V. P. ma  
meminerit. Majores sane molestiae jam haud du-  
bie adferentur, si haec tam nova res tam alieno  
tempore urgeretur, si effectum consequeretur,  
quod dissimulante ferre nequaquam possemus.  
Quamobrem gratissimum nobis ipsa fecerit, si  
quid ea de re conpererit, aut cum sanctitate  
sua egerit, ad nos quamprimum rescribat, quod  
singulari benevolentia, quam multis aliis nomi-  
nibus meretur, agnoscamus. Dat. Praga 28. Martij  
1589

126)

Ad Rivenhites de Principe Italiae,  
qui titulum Regis affectat.  
Rudolphus etc.

Accipimus a fide dignis, qui nostris et sacri Imperii  
rebus equi et addicti sunt, et quae sequuntur.  
Si vero quicquam interea negligatur ad Cardinalem  
Madrutium eadem de re scribimus, ut quicquid  
epus sit, diligenter inquireat, et si quid esse con-  
pererit, cum Pontifice serio agat, ne tale quid ibi  
hoc adeo turbido motibus, obnoxio tempore  
tractari, aut ad effectum perducere permittatur.  
Quantum molestiae Divo quondam Imperatori  
Maximiliano, Dno Genitori nostro colendisimo  
aug. mem. allatum fuerit, cum Hetruria  
Dux Cosmus Magni Ducis titulum ambiret,  
te meminisse credimus. Majores haud dubie mo-  
lestiae jam adferentur, si haec tam nova res,  
tam alieno tempore urgeretur, tam alieno  
modo impetraretur, quod dissimulare ferre ne-  
quaquam possemus. Quamobrem inquire, diligenter  
num.

175  
nem et isthic ejusmodi quid inauditum fuerit.  
Quandocumq; autem sese res habuerit apud Ser.<sup>um</sup>  
Hispaniarum Regem catholicum, avunculum, sororo-  
rum et fratrem nostrum charissimum hoc im-  
primis efficit, ut ex sua etiam parte predi-  
ctum negotium, quod multas pecunias afferre in-  
commoditate possit, a quocumq; tandem Principe  
urgeatur, propediem curet. Hac fide exequeris  
solita, ob quam benigne Tibi cupimus. Datum  
Praga 4. Aprilis 1589

171  
Instructio Caesarea pro Episcopo Vratisla-  
viensi ad Regem Polonia Sigismundum  
Tertium, Legato designato.

Rudolphus, Instructio eorum, quae Rever.<sup>o</sup> Dno  
& fidelis nobis dilectus Andreas, Episcopus Vratisl.  
nostro nomine, apud serenissimum Principem  
Sigismundum III. Regem Polonia et Sueciae,  
Magnum Ducem Lithuaniae, & totius tituli, cognati-  
sum, vicinum et Amicum nostrum charissi-  
mum hac legatione, quam juxta transactio-  
nis pacificatoriae formulam expediemus, agere  
et tractare, debeat.

Cum inter utriusq; partis Commissarios et Nostros  
et Polonicos, qui Bithoniae et Bendzini fue-  
runt, ita convenit, ut quo firmiter sint ea  
omnia, quae ibi constituta et conclusa fuerint,  
Ser.<sup>us</sup> Polonia Rex, Legatum suum ad Nos  
intra diem 20. mensis April in aulam nostram  
prior mitteret. Qui ut offensiones omnes, quae  
superiori anno inter Nos Nostramq; Augustam